



Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -
Cum Indicibus

Strauch, Johann

Jenae, 1674

Cap. XVIII. Ad capp. 3. 4. 5. & ult. de corpore vitiatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10241

Capitulum II. est ejusdem Alexandri, ut docet compilatio. I. Capitulum
Sed ad quem? Cistrensi electo, eadem compilatio. Lege; Ci- 2.b.t. est iti-
cestrensi. Errat enim Ant. Augustinus, cui hæc lectio displicet, *dem Alex.*
& tanquam singulare notat, ordinem Cisterciensium Monacho- *Ad quem*
rum, ordinem Cistrensem appellari. Unde suspicatur, hunc directum.
non Episcopum electum, sed Cistrensem Abbatem fuisse. Vo- Emendatur,
cem enim, Cistrensi, non ordinem respicere, sed locum, nec de lectio.
monasterio loqui, sed Ecclesiæ & textus & sensus volunt. Dc. Ant. Angu-
Ecclesiis agi Anglicanis, quæ Archiepiscopo Cantuariensi sub- sinus nota-
sint, verba produnt singulis vestris, habet textus: Nempe in Eccle- tur.
siis Anglicanis, de quibus præcessit. Quo magis hæc compare-
ant, ecce capitulum integrius ex compilatione primâ: Cum de tuâ
& aliorum electione, quæ sunt in quibusdam Ecclesiis Anglicanis e-
lecti in præsentia nostrâ & fratribus nostrorum quæstio mota fuisset,
& singulis vestris quedam objicerentur, tibi objectum est, quod in o-
culo maculam habebas, & quod fueris Canonici filius: Attendentes
itaq; prudentiam & honestatem tuam, & volentes te nostræ gratiæ &
dilectionis prærogativâ gaudere, venerabili f.n. R. Cantua. Archiepi-
scopo A.S.L. (fratri nostro R. Cantuariensi Archiepiscopo Apostoli-
cæ sedis Legato) dedimus in mandato, ut pro eo, quod Canonici filius
diceris, in promotione tuâ ex multâ dispensatione procedere non post-
ponat. De macula vero, quam in oculo habere diceris, hoc prædi-
cto Archiepiscopo mandamus, ut consilio suffraganeorum suorum &
præsertim venerabilium fratrum nostrorum Exon. & Wigor.
Episcoporum, quod exinde sibi visum fuerit, exsequantur. Et re-
liqua.

C A P. XVIII.

Ad capp. 3. 4. 5. & ult. de corpore vitiatis.

S U M M A R I A.

- | | |
|------------------------------------|---|
| 1. Capit. 3. ad quem scriptum sit, | 4. Leontius ob commercium ju-
dubitur. |
| 2. Varmium, Varadinum, | 5. Origenis ordinatio cur à Deme-
3. De his quibus virilia ademta. |

D 3

6. Vi

6. *Vi castrati.*
 7. *Tigrius.*

 8. *Eunuchi nati.*
 9. *Canon Nicenus bac de re.*

Amoenitatum Juris Canonici

10. *Qui ob periculum lepre, vel epilepsie exscindunt.*
 11. *Balsamonis sententia.*
 12. *Castrati non laborant leprā.*
 13. *Capitulum ultimum.*
 14. *Barra ferrea.*

Capit. 3. ad quem scriptum sit, dubitatur.

Varmium,

Varadinum. De his quibus virilia adempta.

Leontius ob commercium juvenulae castratus.

Origenis ordinatio cur à Demetrio improbata.

Vi castrati. Tigrius.

Eunuchi nati

Canon Nicenus bac de re.

Capitulum III. est Clementis III. ad Variensem, Varinensem, Varensem, Episcopum, nescio cujatem. Varense limitis in Africā meminit notitiā Imperii. Varense concilium ponitur in Decreto Gratiani *can. 15. c. 13. q. 2.* Varena Daciae Ripensis urbs in libro notitiæ. Est & Varmiensis urbs Episcopalis in Borussiâ. Cujus Episcopus sedem habet Brunsbergæ? Est & Varadinum urbs Episcopalis Hungariæ Transdanubianæ sub Archiepiscopo Colociensi. Agitur autem in his tribus capitolis de his, quibus virilia adempta. In primo quidem de quodam Bartolomæo, qui in cunabulis sectus fuerit, an in Presbyterum promoveti possit. Quod non possint esse clerici *can. 1.* concilii cautum est. Causam canonī dedisse autumant Leontium, qui accusatus de commercio cuiusdam juvenulae mulieris se ipsum castrandum dedit, quo ita liberè ejus commercio frui posset. Sed nihilominus sacerdotio privatus fuit, eaque de causâ ad Arianos defecit. *Socmtes lib. 2. bīst. Eccl. c. 21. Theodor. 2. 24.* & Antiochiae Episcopus creatus est. Origenis etiam ordinatio propterera à Demetrio Alexandriæ Episcopo damnata est, *Euseb. lib. 6. bīst. Eccl. c. 8. Epib. 2. her. 64.* Excipit autem dictus canon, qui vi & necessitate excisi sunt. Sic Tigrius quidam natione barbarus & Eunuchus, sed non à nativitate, libertatem consecutus ad presbyterii dignitatem uestitus est. *Sozomenus lib. 6. c. 15. & lib. 8. c. 24.* Ηγή Τίγρης ἐτούθει βάπτισε τὸ γένος, τὸν δὲ γενετῆς εὐνύχο μετέχειν ἐλευθεριας εἰς πρεσβυτερος αἵγιας περιελθών. Excipiuntur præterea etiam qui Eunuchi sunt nativitate, cuiusmodi Dorotheum Antiochiae Episcopum fuisse refert Eusebius *lib. 7. c. 32.* Dicit capitulum nostrum Niceno concilio statutum, ne sint in clero, qui affectaverint, ut ab aliis abscondantur: Et ita est in canone; ὥστε τότο περδομένοι τῷ περιτηδευόντων τὸ περιγμακή τολμόν-

μόντωι ἐαυτὸς ἐκτέμενον οἴηται ὅτας εἰπες τὸν βαρεῖσσων ἥ δε-
ωρῶν ἐννέαθην, τὸς τοιάτους εἰς πλήρη περοίεται ὁ κανών.
Talis fuisse videtur ille apud Justinum Martyrem in apologiā ad
Antoninum Pium, qui se castrare volens prius à Præfecto Aegypti
veniā edicti petiit. Hoc enim sine Præfecti permisso fieri nefas esse
Medici, qui illic erant, asseverabant. Vide Justell. ad can. i. concil.
Niceni. Cæterum in nostro capitulo in cunabulis sectus proponi-
tur Bartholomæus, id est, Ectomia. Vide Cujac. in L. 6. ff. de lib.
& post. Eadem ratio est, sive thibiæ sint, id est, per collisionem, si-
ve thlasiaæ, per contusionem & compressionem virilibus orbati. In
cap. 4. Proponitur B. Presbyter, qui credens se obsequium præstare
Deo, fecit sibi virilia amputari, quo cum dispensat Pontifex, ut
sacerdotio fungi possit, excepto altaris ministerio. Quod mi-
rum, & contra canonem Nicenum videtur. Crassa est in Pres-
bytero Juris Canonici ignorantia, quæ vix excusationem, nedum
veniam meretur.

Porro capite V. Presbyter, qui ob periculum lepræ sibi virilia *Qui ob pe-*
abscederat, sacerdotale officium retinet. Aliter censuit Ivo Epist. riculum le-
233. ubi meminit Monachi, qui se propter epilepsiam curandam eu- *præ, vel epi-*
nuchisavit: Nimirum secundum rigorem canonum statuit, nec lepsia se ex-
ad altiore gradum eum promoveri posse, nec in eo, quo erat or- *scindunt.*
dine ministrare. Si enim secundum Nicenos canones illi ab ec-
clesiasticis officiis removentur, qui se absindunt obtentu servan-
dæ castitatis, multo magis esse removendos, qui se eunuchizant,
causâ curandæ corporalis ægritudinis. Alia ratio est si non ob pe-
riculum futurum morbi, sed in ipso periculo à Medico quis exse-
catur. Id enim concilium Nicenum permittit. Et putat Balsa *Balsamonis*
mo ad c. i. Nicenæ synodi & ad can. 23. Apostol. clericum non posse *sententia.*
castrari propter morbum sine auctoritate Episcopi, allatâ Justinia-
ni Novellâ, de Eunuchis, quæ statuit etiam propter morbum ne-
minem impunè castrari.

Cæterum constat ex Actio lib. 13. c. 125. castratos hoc lepræ *Castrati non*
morbo non laborare. Eodemque remedio puerum, qui postea *laborant.*
fuit in obsequiis sacrarum Virginum Monasterii S. Radegundis lepræ.
apud Pictavos curatum narrat Gregorius Turonensis lib. 10. c. 15.

Ca-

Capit. ult.

Capitulo ultimo scribit Honorius Episcopo Engolismensi, Guilielmo, sive Rudolfo 37. vel 38. Episcopis, de quodam Thomâ Monacho S. Amantii de Brixia, vulgo de Brices, ordinis S. Benedicti, ut habetur compilatione V. cuius monasterii Abbas est Archiepiscopus Tolosanus, ut refert Cironius. Huic Thomæ adhuc pueru *Barra ferrea* unguem pollicis dextri excusserat. Legendum forsan est *barta ferrea*, genus asciae vel securis, vox Germanica, eine *Bahre*. Glossæ Isidori: *Barto*, genus organi, puta, ad secundum. Sic & Reinesius, amicus quondam meus, *vñr c̄v d̄ḡoīs*, Isidorum de securicula brevioris manubrii accipit, quod est *έγαλενον χεργάντων*. Græcorum autem *βαρδάκιον*, quod erat missile sectorium hoc referre scitus quam verius videtur.

CAP. XIX.

Ad tit. XXI. De digamis non ordinandis.

S U M M A R I A.

- | | |
|--------------------------------------|---|
| 1. <i>Digamia quotuplex?</i> | 3. <i>Digamia improbata etiam ab hereticis & Ethniciis.</i> |
| 2. <i>Canones veteres bac de re.</i> | |

Digamia quotuplex.

Digamia tripliciter capit. Primò quando quis eodem tempore duas habet uxores. Deinde quando quis priori matrimonio soluto secundas nuptias contrahit. Denique priori conjugi per divortium dimissâ cum altera superinducitur, præter causam adulterii. Nulla harum ab Ecclesia probata fuit. Nulli horum ad ordines admissi. Sed posteriores digami poenitentiâ actâ ad communionem admittebantur, & de hac digamia accipiendi sunt canones veteres. Et quidem canon 8. Nicenus, ubi Catharis præcipitur, ut cum digamis communicent. Canon item NeoCæsariensis septimus & Laodicenus primus, ubi definitur, eos, qui liberè & legitimè binis nuptiis juncti sunt, neque clandestinum matrimonium inierunt; exiguo tempore elapso, postquam precibus & jejuniis vacaverunt per indulgentiam communionem ipsis reddi.

*Canones veteres bac de re.**Digamia*

Caterum adeo digamia improbata est, ut nec Arrianis probare-